



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm Collectio Regia**

Ab anno MCCCXVI. ad annum MCCCCXXIII.

**Parisiis, 1644**

XIV. De alienatione mutandi iudicii causa facti.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15653**

ANNO  
CHRISTI  
1430.

fuarum & corporis, & vanum metum allegant frequenter, ne cogantur mandatum exequi prælatorum. Qui, cum prosperitatis tempore multa bona receperint, laute vixerint de patrimonio crucifixi, imminente necessitate articulo, pro honore illius aduersitates sustinere detrectant; qui, cum foret summe diues, ad obediendum Deo Patri pro salute nostra subiit onus voluntariæ paupertatis. Ex quo, propter contemptum clauium ecclesiæ, neruus ecclesiasticae disciplinæ dissoluitur, & animas miserabiliter periclitari contingit; sacra huius Concilii necessaria deliberatione statuimus, vt nulla rerum perditio, aut metus corporis, nec legitime probatus, subditi inobedientiam, mandatum prælati exequi non curantis, valeant excusare: adeo, quod si metus corporis dumtaxat \*fentienti, proprio iuramento, & non legitimis coram eo, a quo mandatum subditus receperit, \*ostensis fuerit documentis, nihilo minus loco cedat, ne notam transgressionis incurrire videatur. In his autem quæ in non faciendo consistunt, vtputa, cum mandatur, non communicare excommunicatis, non celebrare in locis interdictis, ac aliis huiusmodi, omnino nullum, nec rerum, nec corporum, quantumcumque probatus metus excusat; cum pro nullo metu debeat peccatum mortale committere; quod ex inobedientia surgere, sanctorum auctoritatibus comprobatur.

## XIV.

*De alienatione\*.*

Quia plerumque cessiones actionum in fraudem fiunt; aliquando tamen pure & simpliciter, ex causa legitima: Statuimus, vt cessiones actionum, quæ ex iustis causis vel causa procedunt, in præsentia episcoporum, iudicum, seu officialium suorum, de licentia eorumdem, si subsint legitimæ causæ, fiant: iurent etiam cedentes, quod non simulante, sed vere cedant. Alioquin secus factas determinamus non tenere.

## XV.

*De iudiciis.*

Et quia quidam propter potentiam, quidam propter crude-

\* mutandi  
iudicii  
causa  
facti.